



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Genesin Enarratio**

**Chyträus, David**

**Vitebergæ**

**VD16 C 2625**

Capvt XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36126**

Huc & Exempla pertinent, Diluuij, in quo omnes homines tantum seruantur, & hoc loco Sodomam in quibus uix decem inueniuntur, & Christi tempore Ecclesia Dei erat exiguis cœtus Zacharia, meonis, Annae, Elizabet, Mariae Ioseph &c.

His dictis & exemplis, nos nunc quodque intuemur in maximam multitudinem generis humani, cultum Idola, & paucitatem ac distractionem eorum, qui uocantur Ecclesia Dei, consolemur & compemus.

## C A P V T XIX.

### LOCI PRÆCIPVL

- I. Conflagratio Sodomorum est exemplum horrendæ iræ Dei aduersus peccatum, & imaginis extremi Iudicij, in quo maternas pœnas impii abiciuntur.

- II. Liberatio Lot est exemplum diuinæ conseruationis redemptoris.

quiarum Ecclesiæ omnibus  
temporibus, & prouidentiæ  
Dei, qua Vitæ & salutis pio-  
rum consulit.

III. De Hospitalitate & præmijs.

III. De libidinibus & earum pæ-  
na, quæ est cæcitas.

V. De custodia Angelorum.

VI. Testimonium de pluritate per-  
sonarum diuinitatis.

VII. Pæna uxoris Loth continet ne-  
cessariam doctrinam de Fi-  
de, quæ in solo Deo acquies-  
cit nec respicit à tergo, hoc  
est non relabitur à pietate ad  
impietatem, & bona huius  
vitæ, quæ reliquerat.

VIII. Historia incestæ consuetudi-  
nis Lothi cum filiabus, conti-  
nēs doctrinā de lapsib. sancto-  
rum, & de discrimine lapsuū.

EX-

**EXEMPLVM SERIA**  
**& ingentis iræ Dei & horribilium pœnarum, quibus peccata punit.**

Omnis calamitatis totius generis humana, morbi, diluvia, incendia, excidia gentium & urbium, fames, bella &c. sunt tristissime conciones diuinae de uera horrenda, & inenarrabili iniuria aduersus peccata, & hortantur nos, ut excusatione prophana, ad uerum timorem Dei exponamur, & metu iudicij diuini uniuersam uitam nostras gubernemus. Diligentissime autem siderande sunt causæ tam tristis & horrendæ distinctionis florentissimarum ciuitatum, que sulfure igne cœlitus demisso conflagrarent.

Hæ Ezechiel. 16. recitantur.

I. Epicuræus contemptus Dei & iudicij diuinorum quo spredo omni genere flagitorum se polluerunt. Non enim dubium est uicium Sem, qui uiderat diluvium, assiduum castigatorem & concionatorem illius de ira Dei fuisse.

II. Superbia, qua propter res secundas negligenter Deo se efferrunt & insolescunt. Florebant opulenta potentia, amoenitate & fertilitate soli, & ante

anno ab Abraham ex Regum Chaldaicorum manibus liberati erant. Nunc ingrati erga Deum, huius liberationis obliuiscuntur, ac superbi & securi omnibus cupiditatibus frenos laxant. D E V S autem superbis resistit. Item, Abominatione est coram Deo &c.

III. Inhospitalitas seu Asopyia, & contumelia erga pauperes, peregrinos, hospites pios &c.

III. Luxus, intemperantia, crapula, ocium & uincina uiciorum alimenta.

V. Libidines nefariæ, de quibus Rom. 1. dicitur, Mares relicto usu fœminæ exarserunt in se inuidem turpiditudinem perpetrantes. Sæpiissime autem publicarum calamitatum proximæ sunt cause, et quasi προκαταρκοῦ libidines, ut Diluuij historia, conflagratio Sodomorum, imperfecti ciues Sichem, suspensi duodecim principes, & 24000. occisa in deserto, Deletio tribus Beniamin, interitus filiorum Heli, exilium Dauidis testantur. Item Troiae euentus causa fuit raptus Helenæ, Thebanarum calamitatum, incesta consuetudo Oedipi cum matre, Spartanæ clavis ad Leuctra, per uim stupratae puerile filie Scodasi à Laconicis iuuenibus &c. quæ historia recitatur à Pausania & Plutarcho.

VI. Securitas prophana, & contemptus peccatorum, ut Esai. 3. dicitur, Peccatum suum sicut Sodomum prædicauerunt.

Sicut Germani nunc, & præcipue Nobiles, de  
ebries

ebrietate, de libidinibus, & de usuris gloriantur.

Certissimum autem signum est impudentis  
tij, cum ad ipsa flagitia accedit impunitas, &  
temptus peccatorum.

Prædicit autem Filius Dei Luc. 17. similem tolli  
mundi securitatem fore ante extremum iudicium,  
& similiter horrendis pœnis impios esse subjec-  
dos, ut 2. Pet. 2. dicitur, Deus subuersiōnē Sodoma-  
rum proposuisse impijs uelut exemplum publicum  
sui iudicij aduersus similia peccata.

## I I. EXEMPLVM CON- seruationis Ecclesiæ.

Semper Deus inter horrendas pœnas, quibus im-  
pios opprimit, aliquas Ecclesiæ suæ reliquias serua-  
vit familiam Nohæ in Diluvio, Loth in Sodomia, Da-  
nielem inter Leones, Esdram, Nehemiah & alios  
in Babylonia defendit. Sic 2. Pet. 2. dicitur. Deus in-  
stum Loth oppressum ab impudica conuersatione  
abominandorum hominum liberavit. Cum enim o-  
los & aures sanctas haberet Loth iustus, granis  
discruciatus fuit, quod uiuens inter illos cogere  
quotidie uidere & audire quæ nollet. Novit Domi-  
nus pios ex tentatione eripere. In iustos autem in fo-  
rem iudicij puniendos seruare.

Etsi autem Ecclesiam quoq; propter peccatum  
castigat, tamen in ira sua misericordie recordatur,  
ut grauissima & plena salutaris consolationis est  
Osee concio capite 11. Quomodo dabo te Ephraim,  
adfligam te ô Israël. Quomodo dabo te, ut Adama  
ponam te, ut Seboim? Commiseratione exarsit cor  
meum, Non faciam furorem iræ meæ, Non conuer-  
tar, ut disperdam Ephraim, Quoniam Deus ego, &  
non homo in medio tui sanctus, Non ingrediar ci-  
uitatem.

## III I I.

## DE LIBIDINIBVS

& earum pœna, quæ est  
cœcitas.

CASTITÀ Sest uel in cœlibe  
uita, sine incendijs libidinum, & sine  
ullo seminis abusu, & sine ulla com-  
mixtione uiuere, uel in coniugio ser-  
uare ordinem Dei consilio institutum.  
Hanc uirtutem uult nos Deus colere.

1. Ut agnoscamus ipsum esse mentem castam, eumq;  
& malis atq; immundis naturis discernamus.
  2. Ut retineamus gratiam & uitæ æternæ posse-  
sionem. 1. Corinth. 6. Fornicatores & adulteri non  
possidebunt regnum Dei. Ephe. 1. Omnis scortator &  
immundus non habet hereditatem in regno Christi
- a    z    &

¶ Dei, Nemo uos decipiatur uanis sermonibus, propter haec uenit ira Dei super inobedientes.

3. Ne exempla nostra laedant gloriam Dei, quia alij nostris exemplis corruptantur, uel ne toti Regum pub: noceant, ut paucorum libido in Gabaa totius bui Beniamin exitio fuit.

4. Ut uitentur aeternae & presentes pene.

¶ 3. Fornicatores & adulteros iudicabit Deus. His historiae supra citatae referantur.

Præcipue autem haec tristissima pena configuratur, Quod libidinosi, coecitate & induratione persecutiuntur, ut errantes in consilijs, studijs & affari bus, uelut coeci & amentes, & a Deo maledicti abieci ruant in exitium suum & aliorum, Herod, Alexander, Caligula, Saul &c. De hac pena Paulus concionatur Rom. 1. Quia dederunt se impibus & abominandis libidinibus, tradidit eos Deus in reprobum sensum. Ephes. 4. Qui per excessationem cordis sui dedoluerunt, tradentes se immundicie &c. Osee 4. Fornicatio & Ebrietas auferunt cor.

Econtra Castitas inter cetera præmia merentur etiam maiorem lucem spiritus sancti accendentis illustriorem noticiam Dei, & regentis consilia & labores uocationis, ut sint felices, & nobis a dispensatibus, ut Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam Deum uidebunt. Et Ebræ. 12. Sequimini castitatem sine qua nemo uidebit Deum. Et 1. Corinth. 6. de castitate.

stis dicitur. An nescitis quod corda uestra sint Tem-  
plum Spiritus sancti, ut Ioseph sua castitate omni-  
um bonorum spiritualium incrementa à Deo impe-  
rat.

Propter hanc causam castitas etiam præcipuus  
neruus est authoritatis, quæ eximia uirtute & fœ-  
licitate in rebus gerendis & benevolentia animo-  
rum in populo constat. Nam fama libidinum animos  
alienat, ut in uersibus Bacchylidis dicitur.

Vt cum de statua facies formosa reuulsa est,  
Non decus in reliquo corpore truncus habet:  
Sic alij mores spreti sine honore iacebunt,  
Ni sunt ornati laude pudicitiae.

## V.

De Custodia Angelorum, defendantium,  
uitam & incolumentem piorum supra in primo lo-  
co capitil Tertij dictum est, & semper in conspectu  
sit Psalmi 33. testimonium, Castrametabitur Angelus  
Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.  
Item. 91. Angelis suis mandauit de te, ut custodiant te  
in omnibus uijs tuis. Iudei dicunt, Hos duos Ange-  
los, qui ad Loth diuertunt, fuisse Raphaëlem et Ga-  
briëlem.

Raphael, medicus Dei, à Rapha.  
Gabriel, fortitudo Dei, à Gabar.

a      3      Quomo-

Quomodo autem apparuerint Angeli, an ad ipsos corporibus elementaribus uel alijs. Item, Anc mederint, biberint etc. ipse Augustinus lib. 3. de Trinitate fatetur intentionis sue uires excedere.

### V I.

## TESTIMONIVM de pluritate personarum Divinitatis.

Pluit Iehoua, id est, Filius Dei (qui ut Iohannes dicitur, una cum Patre omnia operatur) ignis & sulphur à Iehoua, id est, aeterno Patre, qui est fons diuinitatis, sine temporis principio suam essentiam Filio, & Spiritui sancto communicans.

Haud dubie autem ingens ira Dei significatur, cum ipse filius Dei huius horrendae poena minime est.

### V II.

## POENA VXORIS LOTH.

Lucæ 17. inquit Christus, Mementote uxoris Loth. Qui enim querit animam suam seruare, perdet eam, & qui perdet eam, uiuificabit eam. Et igitur uxor Loth imago omnium, qui presenti ante suauitates & commoda, uerbo Dei & pia confessioni anteferunt. Ita Christus inquit Luc. 9. Quidam

admoget manum suam aratro, & respicit à tergo,  
non est idoneus ad regnum Dei, hoc est, Qui semel  
reliquit impietatem, ac huius uitæ uoluptates ac  
commoda, & uerbum Dei fide amplexus est, postea  
autem imminentibus periculis, quæ fidem comitan-  
tur, poenitentia amissorum ductus, redit animo ad  
prioris uitæ suauitates, Is nunquam erit hæres Re-  
gni Dei.

Ita hoc loco Angelus Lotho præcipit, Ne respi-  
ciat à tergo, hoc est, ne afficiatur desiderio commo-  
dorum, quæ relinquit, sed in Deo acquiescat, & in  
proposito iuxta mandatum Dei suscepto constanter  
καὶ ἀμετασχέπτη perseueret. Qua uoce etiam no-  
no de Legibus Plato utitur. τὰς τὸν κακὸν σωθ=  
ίας φεύγε ἀμετασχέπτῃ.

Scribitur autem uxor Lothi uersa esse in statuam  
Salis, hoc est, in cumulum uel ingentem lapidem, qui  
ejet perpetuum punitæ incredulitatis testimonium,  
ut Nume. 18. Pactum Salis uocatur perpetuum &  
eternum.

### VIII.

## DE INCESTĀ consuetudine Lothi cum filiabus.

Diligenter discernenda sunt genera peccato-  
rum. Alij scientes & uolentes seu ἐκ πρωτότοκων  
& τις consulto

consultò & cogitato sceleribus indulgent, Alij n  
 ἐκ προαιρέσεως sed nolentes & ignorantes labo  
 tur, ut Loth in magno animi dolore & ingenti pa  
 turbatione cum largius bibisset, incesto concubis  
 polluitur, Item antea in perturbatione animi cap  
 consilium nimis honestum, uolens filias prostitutas  
 Sodomitis. Nam æger animus semper errat. Non  
 autem nos hi summorum uirorum lapsus de ingenio  
 nostræ naturæ infirmitate, & de emendanda san  
 tate, & deponenda fiducia nostri, & petenda con  
 pectanda gubernatione diuina.

Irenæus lib. 4. Allegoriam satis concinnam no  
 tat, uidelicet Semen æterni Patris, id est, λόγος  
 quæ facta sunt omnia, cōmixtum et unitum esse ple  
 mati suo, Per quam commixtionem duas Synagogas  
 Iudæorum & gentium, id est, duas filie fecundas  
 sunt, ut fructificarent ex patre filios uiuos sim  
 Deo.

## C A P V T

## XX.

## LOCI PRÆCIPVL

I. *De Exilijs Ecclesiae omnium  
 temporum.*